

solidiore prioris status, quem Confessio nostra pertractat, decisione; Negativa etiam alterius status commodè confirmari & defendi potest.

9. Quam ad rem plurimum conducit Prototy-
pi, in hoc Articulo puritas, perspicuitas, perfe-
ctio; quæ tanta est, ut aliqui ex ipsis etiam scri-
ptoribus Pontificijs, quorum tamen impietas in
eo vel maximè notatur, omni censurâ superio-
rem eam judicare necessum habuerint.

10. Sic enim Iohannes Hoffmeisterus in suo,
de hoc Articulo, iudicio scribit: Nihil nos of-
fendit Articululus hic, nec quicquam in
malam partem interpretabimur, quoni-
am ex monumentis piorum Patrum, imò
& ex sacris scripturis videtur desumptus.
Harm. Fabr. pag. 294.

11. Ceterum nihil obstante hac & dilucidita-
te & perfectione, nihilominus sub indignam pror-
us variationis, verius depravationis incudem
Articululus iste fuit revocatus.

12. Etsi enim *Αυθέρως* gladius strictus in
ea reperitur contra Pelagianos; interim tamen
Semipelagianismo, sive Synergismo lata porta
panditur: & cavillandi materia suppeditata
adversarijs, uti patet ex animadversione Fabri-
tj, pag. 292. Harmonie.

13. Neglecta igitur spuria & adulterina edi-
tione, Prototypi stamus puritate, quæ absolvitur
partibus duabus proprijs: *Θεός* nimirum, quæ
docet,